

occiforum referatur, non dubito quin longe
Cyro antecellam, Alexādro saltem par fu-
turus sit. Eximiam Cyri laudem & eam pla-
ne solam in monumentis ipsius legeramus,
quod regnum abstulisset a Medis. Alexan-
drum autem non inficior res gessisse memo-
rabiles, sed tanta non fuerunt quātas gracia
p̄dicat: Peculiare ferme quibusdā antiquorū
video fuisse, aliena eleuare, sua vero in cœlū
tollere. Caterum quoniam iniquitas & per-
fidia improborum & inuidorum hominum
ab hoc fastigio deiecit, in proxima regibus
tribunalia recipiar. SyL. Pompei vides hūc
qui citato cursu properat, Cēsarem vultu ex-
pressit. POMP. Eum ipsum color ac linia-
menta referunt, sed nōdum plane satis queo
dignoscere tam lacero est & cruento corpo-
re. SyL. Si Cēsar est nouo te certamini accin-
gas oportet. Pom. Ipse tandem profecto est:
non admodum sero p̄nas suorum scelerum
dedit: nescio quam Monarchiam mente con-
ceperat immensa honorum ambitione & ins-
atiabili cupiditate gloriæ quibusdam veluti
furijs agitated, vt erepta ciuium libertate, p̄-
fligatis iudicijs, p̄strata ac euersa incolumi-
tate reipublice, nullo denique amicorum aut
inimicorum discrimine habito sanctissimam